

Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 17 : [18] De Deucalione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[114\] : De Deucalione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 18 : De Deucalione](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 19 : De Deucalion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 18 : De Deucalion](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VIII, 17 : [18] De Deucalione, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/934>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination259v°-261r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Deucalion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 25/11/2024

Mythologiae

suscepit, & filias viginti, inter quas fuit Salamin, Harpine, Coryra, Thebe, Iomene, Antiope, Oeroc, Cleone, Nemea, Sinope, quam raptam ab Apolline memorant, & in Pontum deportatam, e quo Syrum peperit, qui Syrix nomen dedit, ut ait Philostephanus. At Dionysius in situ orbis a loue raptā fuisse Sinopen ita scripsit;

τε αὐτὸν θαυμάσιον δρώσατε Κατερίνην.

εγένετο διεγνώσκων τούτην περιπέτειαν χόρη

ζεῦς ἐφαντώντα, οὐδὲ φάσι τούτην ἐγένετο

λεγαντες, καὶ τρίτην ἀνατίθεσιν οὐ ιδεῖσθαι.

10

Errantem cepit qui Asopida namq; Sinopen,

Quam tristem in regione sua sopiauit, ut illum

Jupiter admonuit correptus amore puerū.

Inuitam idcirco e patriis hanc ceperat agris.

Alii tamen, inter quos fuit Andron Teius, unam fuisse ex Amazonibus Sino-pem tradiderunt: alii Martis & Aeginæ filiam. Fuit etiam Aegina, quam Iu-piter rapuit, Asopi filia: quam cum studiosè quereret Asopus, neque uspiā inueniret, a Sisypho pacta mercede ut perennem aquam in Acrocorintho pro indicio obtineret, inuenit. Eius indicii poenas apud inferos luere Sisy-phum nonnulli tradiderunt, atque Asopum ipsum cum Iouem insequeretur

20

fulmine percussum fuisse, ut ait Callimachus. Fuit enim Asopus Thebano-rum fluuius, qui suos fontes habuit in Arzibyrze, Trachiniamque Scolum vocatam præterfluebat: qui cum fulmine iactus fuisse est in sua fluenti, & diu postea carbones devehere soeuit, ut ait Apollod. libro tertio. Ab hoc fluui regio universa in agro Thebano iuxta Cithronem montem Asopia vocata fuit, ut est apud Strab. libro nono. Pausanias scripsit in Corin-thiacis Asopum amnem in finibus Phliasiorum suos ortus habuisse, qui per Sicyoniorū agrum lapsus in mare intrat iuxta Corinthum. Atqui cum mul-ti fuerint Alopi, rationi conuenit & varias regiones, & varios ortus illis fuisse assignatos. At finixerunt antiqui Asopum fuisse hominem, cui actio-nes istas tribuerunt. Alii hominem fuisse vere crediderunt: qui, quoniā ter-

30

ram forte excavans Asopi fluuii fontes reperiisse, obtinuit ut fluuius de suo nomine dicereatur. Aiunt hunc fuisse Iouis, vel Neptuni, vel Oceani filium, quod ex aere in aquam verso, oriantur flumina, ut ait Aristot. in Meteor. vel quod mare principium est omnium fluuiorum. Huius filiæ multæ dicuntur, quæ sunt vel riui, vel aquarum proprietates, quæ multa nomina fortis sunt. Fabulantur illum raptæ filia fuisse fulmine percussum cum Iouem inseque-retur, quia siccitas cœli & calor iam riuos exieauerat, & cum ipse fluuius extenuatus in vapores verteretur, Iouem insequebatur, & ob calorem pro-pe exiccatus fulmine dictiu percussus. Fuit enim maxima siccitas aliquan-

40

do in agro Thebano & in Aegina, quare locus datus est fabulæ. At nunc de Deucalione dicamus.

De Deucalione,

Cap. XVII.

D Eucalionis diluvium, & aquarum copia, quæ fuerit, nemini obscuræ est; at cur illud diluvium ita factum sit, pauci omnino tradiderunt: sed nos ut in ceteris consueuimus, hoc etiam explicemus. Fuit Deucalion Promethei filius, ut scripsit libro 3. Apollonius;

768

hic namq; Prometheus
Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.

At Hom.lib.v.Iliad.Deucalionem Minois filium fuisse inquit in his;

Minois ad tunc diximus Deucalionem.

Edidit hinc Minos præclarum Deucalionem.

Hellenicus vero Promethei & Clymenes filium fuisse scriptit, Hesiod.Promethei & Pandore, quod etiam Strabo testatur libro nono. Alii Minois & Psiphæs, alii Asteri & Cretæ. Hi enim Minois recensentur, Castreus, Deucalion, Glaucus, Androgeus ab Apollodoro: filii Hecale, Xenodice, Ariadna, Phœdra. Itud autem accidit, ut variis parentes Deucalionis dicantur fuisse, non solum quod ob antiquitatem rei dissentient scriptores, sed etiam quia diversi fuerunt Deucaliones, cum tamen omnia de uno Promethei filio dicantur. Hic habitavit in Cydno Locridis, ut ait Strabo lib. 9. ubi planities fuit fertilissima inter Cydnum & Opuntem, ut ait Apollon.lib.3.

τίτης αναμετρήσας τοπογραφίαν της γῆς
εργάζεται την οὐρανόν. ἡδα σύριφες
λανθάνεται από την ουρανόν.

Est tellus quedam circundata montibus altis.

Irrigua atq; ferax herbarum. hic namq; Prometheus

Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.

Lucianus in Dea Syria Deucalionem Scytham fuisse inquit illum, sub quo fuit diluvium, his verbis; οὐδὲ τὸν πατέρα διεκάλεσε τὸν εαυτοῦ τοπογράφον οὐδὲ τὸν οὐρανόν, τὸν οὐρανόν, οὐδὲ τὸν πατέρα διεπίστεντα. Multi sanè Scyham Deucalionem facillum hoc erexisse inquunt, eum inquam Deucalionem, cuius tempore multa fuit inundatio. At Paul. in Atticis Iouis Olympii templum fuisse vetustissimum Athenis scribit à Deucalione extactum, & ipsum Deucalionem habitasse Athenis, cuius etiam sepulchrum fuit Athenis non longe ab illo templo. Hunc imperiale Thessaliz constat, quem etiam Regem ita appellauit Herodo. in Clio; οὐδὲ ποτὲ διεκάλεσε βασιλεῖαν, οὐδὲ τὸν οὐρανόν. Tempore Regis Deucalionis Phthiotim habitabat. Hic Pyrrham habuit uxorem Pandore & Epimethei filiam, ut ait Proclus, de cuius nomine vocata fuit Thessalia primum Pyrrha, ut testatur in his carminibus Rhianus;

Πυρρὰ διεκάλεσε τὴν πολιούχην την πατέρα
Πυρρὰ διεκάλεσε ἀν' ἄργους ἀλέγοντα.
Αἰμονίη δὲν τοι αἴ φ' αἴμονι, οὐδὲ πατέρα τοι.
Εἴσαι φίρεσσαν εἶ, οὐδὲ την οὐρανότερην.
Τοῦ δινού οὐρανόν τοι μετεπέβαλεν.

Hanc Pyrrham dixerit patres de nomine Pyrrha,

Vxor prisca fuit quæ magni Deucalionis.

Aemonia est & rursus ab Aemone dicta Pelasgi,

Quem clarum genuit natum: hic ac Thessalonænum;

& quo Thessalici populi sunt inde vocati.

Dicitus est Deucalion Hellenem, qui nomen dedit Græcis, filium habuisse, & Amphictyonem, & Melantho, cuius ex Neptuno filius Delphus Delphis nomen dedit, ut scriptit Euphorion. Memorix prodidit Andro Teius magnæ scelerorum hominum frequentiam fuisse Deucalionis tempore, cum frequentes

Mythologiae

quentes omnino essent homines ubique, Est enim illa consuetudo, ut, cum difficultius in magna multitudine vivatur, difficultas vixus & astutiores, & peiores homines efficiat. Nam famae neque Deorum religionem, neque maiestatem legum, neque autoritatem principum veretur, quare omnia scelerum genera per annoꝝ difficultatem oriuntur. Hinc nascitur Deorum indignatio, & acerbitas bellorum, qualia fuerunt Iouis consilio & Oedipodis & Priami tempore cum vniuersus prop̄ terrarum orbis iubellis exaserbit. Inde Iouis eiusdem consilio grauissimꝝ exortꝝ sunt pestilentia ad delendas sceleratas nationes, quare Furiꝝ solio Iouis assidet dicta sunt. Et enim eadem ciuitatum, quꝝ corporum etiam singulorum hominum natura, ut cū multis malis hominibus, tanquam noxiis humoribus, replete fuerint, divina ira flatuente prouidentia per aliquas calamitates expurgentur; cum nihil humanum in summo vertice dia confittere possit, & proxima sit semper peccatorum eximia magnitudini diuina uultio. Quod autem maxima esset perditorum hominum multitudo, ita significauit Ouidius lib. 1. Metam.

10

Occidit una domus, sed non domus vna perire
Digna fuit. qua terra patet, sara regnat Erinnys.
In facinus iurasse putet.

20

At vero Deucalion vir bonus & pius habitus est, qui Deorum etiam immortalia primus templo xedificavit, & ciuitates condidit, ut ait Apollonius lib. 3. *laevi, ruribus evolutis tunc dissimilato.*

*Si ergo tuus amicus te habet, ergo iuniperu[m] m[od]icu[m]
abundans, n[on] p[ro]sternit, sed ergo ab ipso ruris dissimilato.*

Filius Iapeti clarum edit Deucalionem.

Condidit hic primus urbes ac templo Deorum.

Mortales inter primos regnauit & idem.

30

Cum igitur virtus integritate, & sanctitate, & erga Deos immortales reverentia Deucalion & Pyrrha exteris hominibus prestarent, de quibus ita scripsit Ouid. libro primo;

Non illo melior quisquam, nec amantior a qui
Vit fuit: aut illa reverentior uilla Deorum.

40

In quadam arca, ut monitus fuerat a Prometheus rebus necessariis ed comportatis seruati fuerunt, quas Lucianus in Timone appellauit, ac Adron Teius *Aspera*, vnde Parnassus, quod eo scapha illa appulerit, Larnassus antea dicebatur; deinde mutata prima litera nominatus est Parnassus. Cum terra multos dies sub aquis latuisset, ut experiretur an aquæ decreuerint, & an longe abesset a terra Deucalion, columbant quandam quam secum habebat dicitur emisisse, ut testatur Plutarchus in libello de industria animalium. Id cum sepius fecisset, eaque citissima eo revolasset, quia non

habebat ubi consideraret, intelligebat Deucalion aquas nondum satis decreuisse: verum cum auctor sit denique, neque amplius rediisset, intellectus siccum iam alicubi esse terræ solum, & id non longe abesse. quare Deucalion eo cum scapha traiecit, quo egressus cum Pyrrha Themidi oraculum, quæ tunc responda diba, adiuit, sciscitaturus quo pacto, si ita Deus placeret, posset humanum genus reparari. Id autem responsum tulerunt ut velatis capillis ossa matris post se iacerent: quibus diu cogitantibus partim difficultum, cum omnia limo obducta essent, partim etiam impium dicitur responsum vixum est, si etiam mortuorum ossa, quæ ubi essent, uel seirent, esodere & munere

& mouere iuberentur. At venit in mentem denique Deucalionis communem omnium macrem & altricem esse terram, cuius olla iure saxa dici ob duritie possent: sic autem rem exprefit Ouid.lib.1.

Atque ita, si precibus, dixerunt, numina iussis
Vieta remollescunt: si flectitur ira Deorum,
Die Themis, quæ generis damnum reparabile nostri
Arte sit: & meritis fer opem mitissima rebus.
Mota dea est: sortemq; dedit. discedite templo,
Et velate caput, cinctaque resolute velles;
Ossaque post tergum magnæ iactate parentis.
Obitupere diu, rupitq; silentia voce.
Pyrrha prior, iussaque Dex parere recusat.
Detique sibi veniam pauido rogat ore; pauetq;
Londere iactatis maternas ossibus umbras.
Nam cum illa audiuerit Deucalion statim postea subiunxit;

Magna parenti terra est: lapides in corpore terre
Olla reor diti. iacere hos post terga iubemur.

Verum hanc rem breuissime complexus est Iuuenalis in prima satyra his carminibus;

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus & quoc
Nauigio montem ascendit, sortesq; poposcit,
Paulatimque anima caluerunt molia sanq;
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

Arihanus tamen in libro secundo rerum Bithynicarum Deucalionem in artem, locumque eminenterem tunc Argi consigilli inquit ex illo diluvio, quare post illam inundationem Ioui Aphelio liberatori scilicet aram erexit, qui locus postea Nemea a pabulo pecudum, quæ frequentes ibi pastebantur, fuit nominatus. post illam inundationem, ut ait Thrasibulus in historiis sumptis iis qui erant superflites Dodonam habitavit, quam regionem ita ab una Oceanidum appellauit, ut scripsit in suis commentariis etiam Acesodorus. Hec illa sunt, quæ de Deucalione memorantur ab antiquis, nunc cur ita ficta fuerint, inuestigemus. Deucalion fuit vir bonus & iustus & pius, qui ob quietatem religionemque suam, non solum Promethei sive prudentiae filius fuit creditus, sed etiam ab aquarum impetu Deo protegente seruatus, cum nefarii omnes uno tempore perirent. est enim initium sapientiae timor domini, quare prudentiae filius Deucalion, cum viros bonos mergi omnino non patiatur Deus, quos fluctuare patitur, idcirco in arca seruatus Deucalion & Pyrrha eam tempellatam evaserunt. at cum rufus rudes homines, & religionis cultusque Deorum ignati nascerentur, dicti sunt lapides, qui a Deucalione ad politiorem vitam, & a Pyrrha informati fuerunt, sunt in homines conuersi. Hec igitur fabula ad probitatem, & ad cultum Deorum homines adhortabatur, quæ excepta est, ut mihi quidem videtur, è sacris litteris. at nunc de Ione dicamus.

De Ione fine lside.

Cap. XVIII.

Fuit Ilo, quæ Iunonis Zelotypia in candidam vaccam cōuerita est, ut scriptū fuit a Cecrope, Argi & Ismeneis Alcipi filiis, ut vero ab Acesodorus Neptu

Vuu ni &